

CL. age age, transducatur Bacchis. *SY.* optume ipsa exit
foras.

iv BACCHIS CLINIA SYRVS DROMO PHRYGIA

BA. Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt,
decem minas quas mihi darē pollicitust. quodsi nunc me
deceperit saepe obsecrans me ut veniam, frustra veniet ; 725
aut quom venturam dixero et constituero, quom is certe
5 renuntiarit, Clitipho quom in spe pendebit animi,
decipiam ac non veniam, Syrus mihi tergo poenas pendet.

CL. sati' scite promittit tibi. *SY.* atqui tu hanc iocari
credis ?

faciet nisi caveo. *BA.* dormiunt : ego pol istorum commovebo. 730
mea Phrygia, audisti modo iste homo quam villam demon-
stravit

10 Charini ? *PH.* audivi. *BA.* proxumam esse huic fundo
ad dextram ? *PH.* memini.

BA. curriculo percurre : apud eum miles Dionysia agitat :
SY. quid īceptat ? *BA.* dic me hic oppido esse invitam
atque adservari,

verum aliquo pacto verba me his daturam esse et venturam. 735

SY. perii hercle. Bacchi', manē, mane : quo mittis istanc
quaeso ?

15 iubē maneat. *BA.* i. *SY.* quin est paratum argentum.
BA. quin ego maneo.

SY. atqui iam dabitur. *BA.* ut lubet. nūm ego insto ?

SY. at scin quid sodes ?